



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

Venetiis, 1579

Sermo in festo Epi. post pronunciatione[m] festorum per diaconum
habe[n]dus

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

In diebus illis **Sermo** *de resurrectione*
si modo hodie natus est, gaudeamus. Neque enim locum fas est esse
se tristicum, ubi natalis est vite: que consumpto natiuitatis timo
re ingerit nobis de promissa eternitate letitiam. Nemo ab huius
alacritatis participatione secernitur: vna cunctis letitie com
munis est ratio. Hoc autem gaudium erit perfectum, si non in va
nitate et mundanis, sed in domino gaudebimus: ipsum laudan
tes, et has celebritates cum deuota meditatione tanti benefici
recolentes, iuxta doctrinam presertim sanctissimi pontificis, qui in
sermone huius diei sic dicit. Agnosce o Christiane dignitatem
tuam, et diuine consortis factus nature, noli in veterem vilitatem
degeneri conuersatione redire. Memento cuius capitis et cuius
sis corporis membrum. Memento quia erutus de pote
statibus tenebrarum translatus es in Dei lumen, et regnum per
baptismatis sacramentum. Spiritus sancti factus es templum.
Noli tantum habitatozem prauis de te actibus effugare, et dia
bolum te iterum seruituti subicere: quia precium tuum sanguis
Christi est: qui veritate te iudicabit: qui misericordia te redemit.
Qui cum patre et spiritu sancto nobis hic gratiam suam conce
dat: et in futuro eternam gloriam. Amen.

**In festo Epiphanię cantato Euangelio Diaconus pronun
ciat futurum pascha sollemniter cantando prout supra.**

**Et postea in vernacula vel vulgari lingua ipsum pascha, et alia
festa mobilia declarat et pronunciat modo infrascripto, vel sibi vis.**



Clarissimi superioribus diebus celebrauimus glorio
sissimam sollemnitatem natiuitatis Domini cum gau
dio et letitia spirituali: nunc autem, quia instant solle
nnia, in quibus dominus Deus saluator noster no
stram est operatus salutem: ad que nos debemus diligenter
preparare. Ideo sancta mater ecclesia catholica statuit et ordi
nauit, quod hodierna die talia festa pronuntiarentur: quia non sem
per eisdem diebus contingunt: sed omni anno variantur: et hoc
fit ut sollemnitas pasche semper in die dominico celebretur. Et
quia ad festum pasche quedam sunt sollemnitates que prece
dunt ipsum, et quedam que sequuntur: ideo eas omnes vobis
integraliter pronunciamus, ut eas seruare et celebrare valea
tis secundum rationem: qua a sanctis patribus fuerunt insti
tute. In primis die tali huius mensis erit Dominica in Sep
tuagesima

In Epiphania.

ptuagesima. In qua ecclesia commemorat tempus p^{er}u^{er}si-
tionis Ad^e. & cantica letitig interdicit, scilicet Alleluia. Subse-
quenter xviii. die post Septuagesimam erit dies cinerum, siue
caput ieiunii, siue prima dies Quadragesime, que erit hoc an-
no die II. mensis II. in quo debetis considerare fragilitatem
vestram: & ex humilitate suscipere cineres super capita vestra:
& qui possunt debent omni die, exceptis dominicis, ieiunare vs-
que ad sc^{ilicet} pascha. Quoties debetis vos disponere ad bonum:
odia relinquere, mala ablata restituere, elemosinas plus soli-
to facere: ecclesias, p^{re}dicaciones, & indulgentias libenter visitare,
audire & inquirere. Et vt sitis magis capaces: & vt meritorie ta-
lia bona facere possitis in principio Quadrage. oia pct^{ata} v^{ia} p^{ro}fi-
teamini integrit. Subsequenter die t^{er}cia mensis II. erit sc^{ilicet} pascha:
q^{uod} d^{omi}n^{us} sua gra^{ti}a vos letanter & cu^m pura p^{ro}scia celebrare,
& sacratissimu^m sac^{ra}mentu^m digne suscipere concedat. Post trigesimu^m se-
xtu^m die a pascha. scilicet trigesimo septimo, sunt dies Rogationum, in
quibus sunt p^{ro}cessiones g^{ra}uales pro ira Dei placanda: & p^{ro} con-
seruatione frugum: & hoc anno incipiet die II. mensis II. Qua-
dragesimo die a paschate est festum Ascensionis: quod erit die
II. mensis II. Et post dies decem erit festum Pentecostes: in
quo dominus misit spiritum sanctu^m in apostolos: quod erit die
II. mensis II. Ad quod debetis vos humiliter preparare: vt gra-
tiam sancti spiritus recipere possitis. Sequenti dominica erit
festu^m sanctissime Trinit. Et fer. v. idest die iouis sequenti erit fe-
stu^m sacratissimu^m Corpus Ch^{risti}: q^{uod} erit die II. mensis II. Demu^m ite-
ru^m aduentus d^{omi}nⁱ. i. prima d^{omi}nⁱca Aduent. D^{omi}nⁱ erit die II. mensis
II. Hec sunt charissimi t^{em}p^{or}a, & hi dies: in quibus festa huius anni
concedente domino celebrantur. Et licet transeant omnia que
temporaliter festiue celebrant: curare tamen debemus ita eas
celebrare: vt in earum celebratione apud Deum aliquid adipi-
scamur. Curate ergo vos qui huiusmodi solennitatibus inter-
estis: ne ab eterna solennitate separemini. Quid enim vobis pro-
derit interesse festis hominum, si contingat deesse festis ange-
lorum: Prestet concedatq^{ue} vobis dominus tales celebraciones
sancte & pure celebrare: vt ad perpetuas celebraciones perueni-
re valeatis. Prestante domino Iesu Ch^{risto}: qui hic gratiam
tuam, & in futuro gloria nobis sua benignitate concedat. Am^{en}.